

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4355

Auteur(s) : G., Coutances (chanoine)

Bénéficiaire(s) : La Lucerne-d'Outremer, Sainte-Trinité de La Lucerne (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1278, 25 juin

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

Le chantre G. et le pénitencier G., chanoines de l'église de Coutances et juges papaux, et le cleric Guillaume dit Tyrelle, prieur des Frères Prêcheurs de Coutances, notifient l'accord arrangé entre ledit cleric Guillaume et les chanoines de Sainte-Trinité de La Lucerne sur la provision des bénéfices ecclésiastiques.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Luzerne, n° CXL, p. 124-125.

Texte établi d'après a

Cum nos G. cantor et G. penitenciarus Constancienses, iudices vel executores a domino papa dati, una cum viro religioso priore Fratrum Predicatorum Constanciensium, super provisione facienda Guillelmo dicto Tyrel, clerico, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, spectante in civitate vel dyocesi Constanciensi ad collationem seu presentationem virorum religiosorum abbatis et conventus Sancte Trinitatis de Lucerna, Abrincensis dyocesis, fecissemus citari dictos religiosos coram nobis, publice et testato in ecclesia seu in monasterio suo, ut ipsi comparerent coram nobis Constanciis, per se vel per procuratorem ydoneum, ad diem sabbati post festum Beati Johannis Bautiste, anno Domini M CC LXX octavo, visuri et audituri publice inquisitionem per nos auctoritate apostolica fauctam de vita et moribus et conversatione clerici memorati et de aliis articulis dictum negocium tangentibus et ad faciendum ulterius quod jus esset, cum intimatione quod sive venirent vel mitterent, sive non, nos nichilominus procederemus ad publicationem dicte inquisitionis, eorum absentia non obstante, ea die partibus in iure coram nobis Constanciis comparantibus videlicet dicto clerico, pro se, et dictis religiosis per fratrem Philippum de Montviron concanonicum suum, cum litteris procuratoriis sigillo dictorum religiosorum sigillatis, prout prima facie comparebat, destinatis, habita jamdicta inquisitione pro publicata renunciatoque, ex parte dicti Philippi, nomine et vice dictorum religiosorum, omnibus exceptionibus seu rationibus tam facti quam juris, si que sibi competebant vel competere poterant, tam contra personam dicti clerici quam contra rescriptum apostolicum et inquisitionem memoratam, assignavimus peremptorie dictis partibus diem sabbati post festum apostolorum Petri et Pauli, ad audiendum jus reddi in causa seu negocio provisionis supradicte, et ad faciendum ulterius quod jus erit. Actum dicto die sabbati post festum Beati Johannis Bautiste qua die injunximus viva voce dicto fratri Philippo quod ipse significaret dictis religiosis ut ipsi dicta die sabbati post festum apostolorum Petri et Pauli comparerent ad hec coram nobis Constanciis, si sua crederent interesse ; qui quidem frater Philippus voluit et consensit expresse, nomine et vice dictorum religiosorum, quod nisi ad diem comparerent coram nobis ad premissa,

quod nos nichilominus in dicto negotio seu causa jus redderemus et faceremus ulterius quod jus esset, eorum
absencia non obstante. Actum ut supra, de consensu parcium predictarum.